



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs VI. Domine ne in furore tuo arguas &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Hostis ut hac metuens cernat, tu dirige gressus
Praeius ipse meos.*

*Illiū os fætum fraude est & perfida lingua
Corde venena coquit.*

*Pestifero similis faux illius est q̄ sepulcro,
Quod patet aſidue.*

*Condemna Deus hunc, & vindex irrita redde
Impia consilia.*

*Sterne rebellantes tibi & abiice, pelle nocentes
Cætibus aq̄ tuis.*

*Vt piagens tandem precibus qua confugit ad te,
Gaudia percipiat.*

*Perpetuo vt celebret dextra, qua protegis ipsam,
Facta stupenda tua.*

*Hosteq̄ confecto, tandem piacausa triumphet,
Sint hilaresq̄ boni.*

*Quos veluti tectos clypeo Deus ipse tueris,
Propitiusq̄ foues.*

PSALMVS VI.

Suppliciū recitat Domine ne in furore tuo arguas &c.

*DVM tuus fuit furor astuatq̄,
Arguas ne me Deus: ira feruet*

Dūm

Dum grauis: ne commeritis misellum.

Affice pœnis.

Fer salutarem, miseri misertus,
Mi Deus dextram bonus, oſibusq;
Sis meis præsens medicina, quæ sunt

Fracta timore.

Cur Deus tanto ſpatio relinquis
Me, quid obſiſit tibi, ne trementi
Huic manus mittas anima, Iehoua,

Auxiliares.

Ah Pater, conuerſo animo in ſerenum
Nubilo, me reſpice, liberaq;
His malis, motus pietate tanta

Quanta tibi vni eſt.

Quippe defunctus memorare tantas
Non tuas laudes poterit, nec imo
Gratias ullas poterit ſepultus

Ferre barathro.

Sic fleo, ſic eiulo, ſic grauatum
Planctibus mæſtis lacero meum cor,
Vt meum lectrum lacrymis madentem,

Humor inundet.

Quid? quod hanc reddit faciem ſenilis

B 3

Ruga

Ruga deformem quia ferre probra,
Hostium cogor mihi acerbiora

Morte minantum.

Audiit tandem gemitus querentis,
Audiit clemens lacrymas precantis,
Audiit planctus: procul hinc facesse,

Impiaturba.

Ecquid actorum pudet, ô scelesti?
Et rubor vultus subit? Ecquid omnes
Contremiscentes fugitis? Repente

Vertite terga.

IPSALMVS VII.

~~phalecunt~~ Domine Deus meus in te speraui, &c.

In te constitui salutis arcem,
In te spem posui meam, Iehoua.
Mittas auxilium mihi salubre:
Ne me corripiat malignus hostis,
Ne me dilaniet truci furore,
Ceu prensas lacerant feras leones:
Si, Index Deus, ista perpetraui,
Si dextra scelus improbum peregi,
Si non commeritis malum rependi,

Hostes